

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

Exegesis in Euangelium Ioannis XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

Quod licet ad omnes mundi amicos pertinet, ut qui seruos Christi putant non habere apud Deum repositam mercedem, vel etiam ob hypocrisim, quam plerumque eis tribuunt, male perituros esse: specialiter tamen referri potest ad persecutores & peremptores martyrum, qui dæmonibus seruientes, Christi fidem superstitionem impiam crediderunt, & idola adoratores ad Tartara relegandos putarint. Sed ubi viderint eos in iudicio ad maximam euctos dignitatem, dicent: Quomodo ergo inter filios Dei, id est, angelos sanctos computati sunt, & cohæredes Christi effecti? Et inter sanctos fors illorum est. Quod itidem dicturi sunt mali omnes, qui modo sanctos Dei homines derident ac affligunt, dum eos summa felicitate, se vero extrema miseria affici sentient. O si haec bene perpendenter stulti homines, qui in suis sibi vanitatibus placent, & mundi contemptores despiciunt, mirum si non rectius suæ saluti consulerent.

EXEGESIS EVANGELII IN EODEM FESTO.

Iohannis XIII.

Dominus ac redemptor noster dilectissimi ex hoc mundo transitus ad Patrem, ex quo processerat, à quo missus fuerat in terras ut per ageret opus reparationis nostræ, paulo ante passionem suam sermonem dulcissimum habuit ad discipulos suos, quo sui erga nos amoris teneritudinem nobis abundè declarare voluit: qui ut arctius discipulorum cordibus semper maneret affixus, morti proximus eum habuit. Ex quo etiam huius diei Euangelica lectio extracta est, plena dulcedinis ac pij amoris, ita ut quis faciliè possit intelligere Dominum Saluatorem in illa extrema necessitate seipso posthabito, totum se discipulis consolans atque confirmans impendisse. Quod autem discipulis tunc præstitit, id nobis omnibus modo præstitum dubitare non debemus. Ex quo patet eius erga nos amoris & fidelitatis magnitudo, quod licet tum immanissimos, iam iamque sibi cruciatus imminere cerneret, tamen oblitus sui, hoc solum curavit, ut à nobis recessurus præsentia corporali, quoad posset nos consolare, & amorem suum testatum nobis relinquaret. Atque utrinam benignissimus Saluator immensa fidelitate sua à saxeis hominum pectoribus id posset impetrare, ut vel qualcumque ei vicem amoris rependere vellent. Ita ergo idem ipse piissimus animarum nostrarum liberator cum vidisset discipulos verbis suis, quæ de sua morte habuit moerore afflictos, eorum Ioh. 19. modestiam ferre non valens, cum esset ipse acerbissimi plenus doloris, mox ad consolando eos sermonem vertit, ita dicens.

Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus, dixisse vobis: Quia vado parare vobis locum.

Vides quam bene congruant Domino Saluatori ea verba Esaiæ, quibus exilius persona dicitur: *Quem admodum mater consolatur filios suos, ita & ego consolabor vos.* Sed mirum quiddam hic considerandum sece offert. Dominus Iesus qui est verus paraclitus siue consolator moerentium omnium, qui solus potest perfectè consolari afflictos omnes, quiq[ue] committere non

Isaia 66. VV. 3. potuit,

potuit, quin suos consolaretur discipulos, tamen eandem ipso tempore omni pené consolatione destitutus erat, quod ad extētorem hominem & animam vites attinet, ita ut paulo post etiam ab ipsis suis discipulis, quorum dolores piissima consolatione lenire studuit, derelictus sit. Sed hoc melius potest mente pertractari, quam hic exprimi. At ergo clementissimus magister discipulis suis, propediem ab ipso defecutus: piissimus pater filijs mox futuris orphantis, pastor vigilansissimus oibus mox dispergendis. Non turbetur cor vestrum. Tanquam dicit: Cur affligitur meum dolore vestro? Cesset omnis formido, facias omnis miseria. Bano animo sitis charis ihu: Non vos deserio, non vos derelinquo. Et si corporis disfunctor, ardimini se semper adero. Si creditis ergo in Deum, deinceps credite. Siquidem & ego Deus sum, minor quidem Patrem secundum formam serui: sed illi omnino aequalis in forma Dei: ut merito nihil rursum debeat, quem certissimi esse potestis vobiscum semper permanens: nōque id solum in hac vita, sed multo maxime in futura, in illa æterna domo Patriis mei, in qua ab ipso mundi initio pro diuersa ratione meritorum diversæ ac plurimæ mansiones præparatae sunt, ad quas etiam vos recipienni. Quod si ita se res non haberet, e quidem iam pridem certiores vobis edidisse. Atque nunc eo pergo vobis locum præparatus. Neque enim vobis illic ingredi licebit, nisi per mortem discedam à vobis, & ipsa morte vobis aditum patesciam, locumq; parem. Ergo nihil ultra perturbationis apud vos residat. Fides certa & firma spes futuræ beatitudinis nebulosanes tristitia dispellat.

Et si abiero & præpara uero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum: ut vbi sum ego, & vos sitis.

O pietas Saluatoris. Obenigaitas & humanitas Dei nostri. Quid poterit dulcissime discipulis in corore contractis? Etsi, inquit, abiero, atque ex mortem corporis huius à vobis discessero, humana salutis ita polenta ratione: tamen statim vbi resurrexero, veniam sibi prius ad vos, & tristissimam vestram in gaudium mutabo. Deinde etiam postquam ascendo præparauero vobis locum, meisq; meritis celos referauero, vbi naturæ debitum persoluendum erit, veniam ad vos singulos, itemque ad electos omnes, & accipiam vos ad me ipsum, mihiq; perenniter coniungam: ut vbi lumegod vos sitis, videatisq; claritatem meam, & per fruamini æterna beatitudine, & tota diuinitate mea. Quod etiam potest ad iudicium extremum accommodari, quando reuertetur ad nos, secumque electos omnes corpore & anima gloriolos in celum adducet. Hac igitur spe dilectissimi etiam nos consolari deheneris nosipos, dum huius vita fluctibus quatimur, dum aduersis tribibus agitamus. Multum enim tempus malæ praesentia futuræ beatitudinis contemplatio, ita ut Apostolus ipse constanter dicat: Non sunt consignificantes burus temporis ad futuram gloriam, quare uelabitur in nobis. Et si hic incertus nonnihil oporteat proper Christum & virtutes perpeti, tamen finem habet: sed beatitudo nobis promissa, finem non habet: vbi Dominus Iesus absigeret omnem lacrymam ab oculis nostris, & fugiet dolor & gemitus, atque in finu suo nos dulcissime confouebit Deus & Dominus noster.

Beatiudinis
æterna con-
templatione
ut omnia gra-
uia hic a quo
animo feren-
da sint.
Rom. 8.

Esa. 25.
Apoc. 21.

Et quo ego vado scitis, & viam scitis.

Iam quidem per fidem nostris Deum Patrem meum, ad quem pergo, consummato opere quod is dedit mihi ut faciam: ipsam quoque Hierusalem supernam id est, patriam cælestem nostris, quandoquidem me de ea sæpe referentem audistis: sed & viam scitis, æque a me inde instructi, nempe mortem & passionem meam, quæ unica restat via, qua licet ad celos proficiisci. Vel etiam viam, id est, meipsum scitis, qui sum via, veritas & vita, ut mox sequitur.

Dicit ei Thomas: Domine nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire? Dicite ei Iesus: Egò sum via, veritas & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.

Negat S. Thomas Apostolus, quod Christus affirmarat: & tamen quod Christus dixit, id verum sit oportet. Itaque nouerant quidem discipuli & terminum quo pergeret Christus, id est, Deum Patrem, & viam, qua pergeret, id est, Christum, sed tamen tenuiter admodum ac imperfecte: & fortasse quidam ita fuere rudes, inter quos & Thomas forsitan fuerit, ut Domini mentem penitus non caperent, quibusq; verba illius prolsus obscura forent. Nam & ipsa Saluatoris verba non ita perspicuam habent intelligentiam, possuntq; diuersis modis accepi. Sed Dominus statim eum conuinctus est ea quæ se dixit ignorare, dum ait: Ego sum via, veritas & vita. Ac si diceret: Me igitur Thoma nescis, qui tamdiu vobiscum versatus sum? Id vtriusq; affirmare non eris ausus. Si ergo me nosti, quomodo te ait nescire viam, qua iurus sum? quando ipse ego via sum? Per me ingrediatur necesse est, quicquid optat saluus & beatus effici. Nam si aliud fuerit amplexus iter à me diuersum, nunquam pertinet ad beatitudinem. Ego enim sum via, qua si proficiscendum: ego veritas, qua nitendum: ego vita, ad quam tendendum. Quisquis non vult ferri per deuinam, extra meæ vitæ vestigia non despletat: & ne frangatur pusillanimitas spiritus, dum occurunt aduersa & pericula, consoletur se promissis meis, qui veritas sum & fallere neminem possum: denique ne currat temere, nihil spectet nisi vitam: qua apprehensa, lecturus erit. Est igitur Christus via, per quam tendamus, est veritas qua crudiamur, est etiam vita, ad quam proficiscamur. Quatenus via est, Christus via est, si via, veritas & vita. nullis neque blanditijs, neque aduersis casibus finit nos abducere à salute: quatenus veritas est, omnem animi fluctuationem & ignorantiam excludit à nobis, confirmans nos pollicitationibus suis, & verbis ac exemplis erudiens: denique quatenus vita est, totam animi nostri intentionem in se dirigit, ut vita nostra omnis in ipsis tanquam ultimum finem referatur: vivificatque sua gratia animas nostras: sed & corpora ad vitam reuocat, ut veroque, id est, corpore & anima ipsum, qui est vera vita, possideamus. Quod autem subiungit, Nemo venit ad Patrem, nisi per me, id iam expostum est. Si enim Christus via est, qua perueniatur ad Patrem, nec extra illum aliam est reperire viam, nihil certius esse potest, quam nemine, nisi per ipsum ad Patrem posse pertingere. Et quia Christus mitis fuit & humilis corde, itemque obediens usque ad mortem, & cunctis alijs prædictis virtutibus, quisquis ediuerso immittis superbus, immorigerus, atq; veris destitutus est vir-

v.v. 4.

est vir-

Matthew. 11.

Philip. 2.

est virtutibus, nunquam perueniet ad Patrem, quandoquidem non gradatur recta via, quæ Christus est.

Si cognouissetis me, & Patrem meum utique cognouistis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.

Ex his verbis colligitur, id quod Dominus paulo ante dixit, Et quo ego vado scitis, & viam scitis, de imperfecta cognitione accipi debere. Nam de perfecta cognitione nunc dicit: Si cognouissetis me secundum diuinitatem, qua omnino similis sum Patri, atque prorsus unius cum Patre substantia, utique & Patrem meum cognouissetis. Et amodo, id est, post perceptam gratiam Spiritus sancti cognoscetis, eum sublimiter & excellenter, dono sapientiae illustrati, quo possitis capere etiam profunda Dei. Siquidem per sapientiae donum contemplamur Deum & diuinam: & quo contemplatio sacerdotum ac dilucidor est, eo & perfectior cognitio. Præcipue verò in patria celesti cognoscetis eum facie ad faciem. Quanquam & in praesenti vidistis eum, dum me vidistis, qui illius imago sum, & expressissima similitudo.

Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

Philippus Apostolus non contentus vidisse Patrem per fidem, sicut potest ab omnibus videri, petit eum demonstrari sibi per speciem, certus illius visione se fore beatum. Ideo namque addit: Et sufficit nobis. Nihil enim sufficit animæ rationali, nec quicquam eam explore potest, nisi visio & fructus Dei: quæ erit in vita æterna. Magni cuiusdam desiderij videtur fuisse Philippus, qui Deum videre concupierit. Er posset id desiderium ex magna perfectione profectum videri, nisi ex subditis Domini verbis diuersum appareret. Sequitur enim:

Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videret & Patrem. Quomodo tu dicis, ostende nobis Patrem? Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est?

Quæ quidem obiurgationem quandam præferunt, qua Philippus ruditas & simplicitas castigatur. Nam Philippus ita sibi Patrem ostendi voluit, tanquam ille Filius maior esset, quem tamen illi Filius æqualis sit, atque adeo assimilis, ut qui Filium videt, videat & Patrem. Verum potest non nihil excusari Philippus, quod tametsi Filium viderat, non tamen nisi in forma serui: atque ea minimè contentus, voluerit sibi eius diuinitatem ostendere. Non enim putabat sibi in eius sola humanitate acquiescendum, quandoquidem ea non finis noster est, sed via qua pertingatur ad finem. Vnde & apostolus Paulus: Etsi, inquit, cognovimus Christum secundum carnem sed non nouimus, videlicet in diuinitatis contemplationem mentis aciem defigent. Quamuis igitur multo tempore cum discipulis familiarissimè vixisset Christus, non tamen diuinitatem suam eis manifestè videndam prebuerat: vnde nihil mirum si volebant videre etiam Patrem, diuinamque essentiam. Sed magister bonus, qui animum Philippi penitus perspectum habebat, non eum obiurgasset, nisi quiddam reprobatione dignum in eo consenseret.

*1. Cor. 13.
Hebr. 1.*

*Quodnam
solium satiate
possit rati-
onalem ani-
mam.*

1. Cor. 5.

spexisset. Tanto, ait, tempore vobis cum sum, tot vestris sub oculis praetexta, solique Deo possibilia feci miracula, calceau iudas, mortuos exicitam, plurima quoque de mea diuinitate vobis commemoravi, & tamen neccum cognovistis me, neccum intelligitis me Patri esse coequalem, atque unus cum eo substantia & virtutis? Quod si ita ut oportet cognoscetis, non es-
te sanè cur Patrem vobis ostendi velletis, quando ego diuinitate nihil ab
 illo differo, sed per omnia simillimus ei sum: ita ut quisquis me vider oculis fidei, oculis cordis illuminatis, non sensu carnis, qui tantum de externis iudicat, videat & Patrem, quando Pater & ego unum sumus, personis qui-
 dem discreti, sed substantia unum atque idem. Quod cum ita sit Philippe,
 quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem, & suffici nobis? O si me bene nosse, non id dices. Non credis saltem, et si neccum id capere potes, quia ego in Patre per essentiam unitatem, & Pater in me est? Quod tamen vel inde
 credas oportet. Quia

Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa cre-
 dite.

Verba & sermones meos, quoscumque hactenus ex me audistis, & etiam num auditis, non à meipso loquor primario, sicut nec sum à meipso: quan-
 doquidem quicquid sum & habeo, à Patre accepi: qui per me nedum lo-
 quitur, sed etiam in me semper manens, unus tecum Deus, cuncta mea ef-
 ficit opera, nec potest unquam à me separari: sed sicut ego totus in illo sum,
 ita & ipse totus est in me. Atque ipsa humanitate mea tanquam aptissimo
 viritur instrumento, efficiens per eam opera & signa, quæ me facere vidistis.
 Manet enim semper in ea, quam assumpsi, natura humana cum gratia suæ
 plenitudine, tanquam in templo dignissimo, utens ea ad omnem libitum
 voluntatis suæ. Quum igitur tot præclarissima in me opera, soli Deo possi-
 bilia conspexeritis, potuistis inde tanquam ex effectu cognoscere in me in-
 habitantem Deum Patrem: ut planè superfluum, imo & reprehensione di-
 gnum sit, quod Patrem vobis ostendi vultis, quem tot argumentis nosse
 potuistis. Quod si neccum id apprehenditis, non creditis saltem, quia ego
 in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite, de quibus
 ambigere non potestis, quin autore Deo facta sint. Nec est necesse, imo
 nec possibile, ut oculis corporeis Patrem, cuius ea virtute facta sunt, vi-
 deatis, quod vos desiderare videmini: sed satis est ut corde credatis, & ocu-
 lis fidei eum contemplemini. Apparet hinc satis, rudes valde quodam Apostolorum
 fuisse discipulos ante obitum Salvatoris, & neccum perfectam habuisse quorundam
 fidem. Sed nihil hoc beatissimorum Apostolorum sanctitati derogat. Illi ante Spiritus
 ad tempus in quadam exercitatem reliqui sunt à Christo, ut nos firmiores sumus ratione rudi-
 in fide. Deinde ubi Spiritus sancti gratia perfusi sunt, tanta omnigenum tas quanta
 donorum & virtutum abundantia & excellentia repleti sunt, ut vix ali-
 quis sanctorum eis possit comparari. Non igitur magnipendamus in his
 beatissimis patribus, quod quandoque minus fuere illuminati: sed quam
 osta sunt adepti, & in qua indies mirifice excrucere sanctitatem, modis

omnibus veneremur. Iam verò Dominus Iesus rursus ad erigendos coros
landosq; eorum animos sese conuertit, dicens:

Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego
cio, & ipse faciet: & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem
vado.

Hoc est: Ne grauiter & acerbiè feratis meum à vobis recessum, en pro me
confiero vobis, quisquis crediderit in me, vnius ac indissimilis mecum
cum Patre maiestatis & naturæ: crediderit, inquam, in me fide per illa
opera admiranda, quæ ego facio virtute Patris in me manentis, deple-
ciet, non sua, sed mea virtute: atque adeo etiam maiora faciet, vegi-
tur ac prædicetur nomen meum in seruis meis: Quia ego ad Patrem vici
id est, vbi ad Patrem ascendero, hanc meis fidelibus gratiam præfabo, n
miris fulgeant signis, & maioribus atque ipse. Hoc impletum est politici
Spiritus illam largulitatem infusionem, quando, ut Actorum narratib-
ria, etiam ad umbram Petri ægri curati sunt. Ergo licet molitus fuera-
rat discipulis Christi recessus, tamen quando tanta se eis præstaturum po-
licebatur post ascensum suum in cælos, merito poterant nonnulli animi
recreari. Nam hoc ipso quod tantam mira faciendi virtutem eis se col-
laturum affirmat, simili etiam certos eos facit se sua diuinitate semper co-
habitaturum, cuius potentia signa & miracula facturi sint. Sed quid do-
mus charissimi, quando tam pauci hanc habent gratiam, ut miracula
ciant: an ne igitur credendi sunt non credere in Christum? Minime fac-

Quod Dominus hic de prodigijs faciendo discesserat, neque de credentia
omnibus, neque de quibuslibet temporibus accipiendum est. In Ecclesiasti-
scentis, initio Apostolis, Apostolicisq; viris ea gratia collata est ad fidem Ca-
tholice confirmationem & augmentationem. Deinde etiam alijs tempo-
bus certis quibusdam amicis Dei, hoc idem donum præstitum est, ob-
icitandam in hominibus fidem, charitatem, Dei q; timorem, vel ob illa
certas causas. Non est autem necesse, ut miracula fiant, vel apud omnes, ne-
per omnes Christi fideles: neque propterea minor est fides eorum, quia
non faciunt. Imo miraculis interdum coruscant etiam mali. Tamen
plurimum Deus adiungere miracula solet, dum per seruos suis grandia
quid, aut nouum moliri instituit. Vnde mirum est Lutherum cum suis non
nulla edidisse signa: quanquam hoc summi potest prodigijs loco habeat
quod spureissimi homines, suis voluptatibus dediti, & nihil nisi carnem
nantes, et hominum milia suis laqueis implicare potuerunt. Sequuntur.

Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.

Non dicitur, Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc ille faciat
sed ego faciam, ut ostendat diuinitatis indiuersam esse operationem. Quo-
dilicet autem petere in nomine Iesu, nisi id petere, quod dicitur præstare Sa-
torem? Multi petunt diuinitas, sed non audit eos Iesum: quia nouit eis si-
corum haud parum obesse. Alij scientiam, alijs dignitates, alij alia pen-
sionem, sed non petunt in nomine Saluatoris, qui suam perniciem petunt. Visio-

Autor. 5.

Miracula ad
quid in pri-
mitiva Ecclæ-
sa valuerint.

Miracula ve-
ctiam malis
sunt commu-
nia.

Rogare in no-
mine Iesu qd
est.

quid sit in nomine Iesu petere: Ipse Dominus paucis id verbis absoluuit: Peti-
te, inquiens, & accipietis, ut gaudium vestrum plenum sit. Hoc est, ea duntaxat Ioan. 16.
petite, quibus pertingatis ad conspectum & fruitionem Dei, qui solus ple-
num arque consummatum præstat gaudium. Cætera omnia, quæ extra il-
lum pertinunt, et si aliquod adferunt gaudium, sed plenum non est. Animam
summi boni capacem non perfectè exhilarat, quicquid summo bono mi-
niatur est.

Ergo dilectissimi petamus in nomine Iesu, maximè quidem & ante om-
nia ipsum Deum & Dominum nostrum: deinde quæ nobis adminiculo esse
queant, ut ad illum certius & expeditius pertingamus. Res temporales
nunquam petamus importunè, sed confidamus Domino, qui ait: Primum
quæ terrenum Dei & iusticiam eum: & hec omnia, puta viæ agendæ necessaria Matth. 6.
adjuventur vobis.

SERMO IN EODEM FESTO.

Quanta sit felicitas videre Deum, & de gaudijs caloris patriæ, qui-
busque studijs eo pertinetur.

Domine, ostende nobis Patrem. & suffici nobis, Ioannis XIII. Dominus
Deus noster Iesu Christus filij charissimi, grande ac immensum pro-
mittere dignatus est præmium seruis suis ipsi per seuerantibus, & fi-
deliter seruientibus: & hoc est, ipius Dei visio. Qui nouit saltem vñcunq[ue]
quid sit Deus, facile sentit, quam excellens præmium sit, posse videre De-
um. Carnalis autem & animalis homo, seruus & mancipium voluptatum
suarum ac immundorum dæmonum nihil mouetur, nihil afficitur, dum
audit promitti sibi visionem Dei. Quare? Quia densissimis vitiorum te-
nebris inuolutus, nescit oculos cordis attollere ad contemplandum, quid
sit Deus. Itaque nec scire potest Deum. Qod autem quis ignorat, quid mi-
tum si nec appetat? Et tamen videoas homines alios ad quamlibet perdis-
tendam artem, alios ad cognoscendas rerum naturas, alios ad antiqui-
tates & res occultas inuestigandas, alios item ad alia nedum triuola, sed sœ-
p[er] etiam illicita ac turpia perspicendi omnem adhibere conatum: quò-
rum tamen omnium cognitione non eos beatos efficit: Deum autem vt
cognoscere velint, non possunt vñllis rationibus induci. Et tamen, teste ipso
Saluatore, hæc est vita æterna, vita beata, & summa beatitudo, vt cognosca-
mus verum Deum, & quem misit Iesum Christum. O homo, ò creatura
nobilis magni & præpotentis Dei, quid tibi & insimis hisce rebus, vt il-
las anteponeas cognitioni ac fruitioni Dei tui? Cur intantum viluit ap-
pud animum tuum Deus tuus, vt nihil sic penè, cuius obtinendi aut viden-
ti minori tenearis desiderio? Esto, habeas omnia quæ sunt infra Deum,
quid tibi proderunt sine Deo? Contra vero si nihil habeas nisi Deum,
quid tibi deesse? Hoc est dilectissimi, quod merito etiam sanguineas pos-
sit exprimere lacrimas cunctis Deum amantibus, quod heu tanta mor-
tales ferme omnes, etiam illos, qui Christianos & dici & haberit se vo-
lunt, Dei caput oblitio & incuria. Heu effusi sumus in istas mundi va-
nitates, & ab origine nostra à Deo scilicet longissime aberrauimus, & qui

videndi Deū
quinam nul-
lo desiderio
teneantur.

Ioan. 17.

Incuria &
oblitio Dei
quatos quo-
que hodie re-
necat.